UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XLII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

di ſolũ vſuras, & affictus dictarũ pecuniarũ: Ex quib. clariſſimè conſtat non fuiſſe dominium rei, ut dr̃, emptæ in dictum Iacobum tranſlatum, quia † ex ꝯ- ctu emptionis ſimulato, & ficto dominium transfer ri non põt ad tradita per doct. maximè Bal. in l.em- ptione, C.plus vale.quod agitur, & in c.ad noſtram de empt.& uend.& in c.illo vos de pigno.Ex quibus ſequitur, ꝙ Iacobus non põt agere iudicio diuiſorio actione cõi diuidũdo, ut res diuidatur, nec ẽt, ut res ſibi litera tradatur, & defendatur; Sed quicquid con ſtabit ipſum Iacobũ habuiſſe, & recepiſſe pro affictibus à dicto Aſcanio, ſeu ab alijs eius nomine, debe- bit oẽ illud reſtituere, vel in ſortem dictarum librarum ſexcentarum cõputare, vt habetur, in d.c.ad noſtram, in d.c.illo uos, & in aliis locis vulgaribus. Et cum non habuerim tempus plenius ſcribendi, hæc breuiter pro aliquali domini Iudicis informatione referre volui. Laus Deo.

SVMMAE.

Pactum precarij, & pactum conſtituti differunt, & quomodo utrunq; fiat, & quid per vtrunq; transferatur.
Quid ſi vtrunque pactum in eodem inſtrumento ſimul fuit appoſitum, & nu. 4. 5. & 8.
3 *Ex pacto ſimplicis precarij quandoq; in creditorem, & quandoq; in ipſum rogantẽ utraq; poſſeſſio trãsfertur, et quãdo, et n. 7.*
4 *Poſt pactum conſtituti ſi apponatur precarium, quando à conſtituto ſit receſſum, & quando ſecus.*
5 *Ex pacto precarij quando poſſeſſio & naturalis, & ciuilis transferatur, & nu. 7.*
6 *Verba vniuerſalia, & generalia ad minus duo requirunt, nec in uno verificantur, & nu. 10.*
7 *Contractus ex conuentione partium legem etiam contra naturam contractus accipiunt.*
9 *Ex pacto conſtituti, & precarij ſimul iuncti creditori tanquam poſſeſſori fructus rei debentur.*
10 *Pacti precarij uerba extẽſa in duobus locis declarãtur, et n. 13.*
11 *Poſſeſſio ciuilis eiuſdem rei eſt unica, naturalis uerò multiplex.*
12 *Dictio implicatiua etiam, & maximè cauſa euitandi abſurdum, contrarietatem, & correctionem ſæpe ſuppletur, & in iure ſuppleta fuit.*
13 *Creditor quomodo, & quo reſpectu poſſeſſionem bonorum ſibi à debitore hypothecatorum cum pacto conſtituti, & precarij ſimul iunctinanciſci dicatur, & nu. 19.*
14 *Et quomodo bona illa poſſideat.*
15 *Debitor, qui cum pacto conſtituti, & precarij ſimul iuncta bona ſua creditori hypothecauit, non poſſidere, ſed in poſſeſſione eſſe dicitur: Et cui poſſideat nu. 16.*
16 *Poſſidere, & in poſſidere eſſe longe differunt.*
17 *Debitor, qui bona ſua obligauit, & illa creditoris nomine poſſidere conſtituit, quoad quos effectus ipſe etiam poſſidere, & detinere dicatur.*
18 *Creditor ex pacto precarij, uel conſtituti poſſidens bona ſibi à debitore hypothecata ad vtilitatem debitoris reſpectu fructuũ, & uſucapionis perficiendæ poſſidet.*
20 *Pactum de ingrediendo propria auctoritate ultra pactum precarij, & conſtituti appoſitum quid operetur, & nu. 31.*
21 *Pacto de ingrediendo propria auctoritate etiam contra quemlibet tertium poſſeſſorem illo non citato, & debito non liquidato, creditor, cuius poſſeſſio à debitore per traditionem alteri factam interuerſa fuit, uti poteſt, quando pactum illud ultra conſtitutum, & precarium fuit appoſitum.*
22 *Debitor ubicunq; obligando ſua bona uel per pactum conſtituti, uel per pactum precarij, uel aliter ex pacto, aut ex diſpoſitione legis omnem poſſeſſionem in creditorem tranſtulit, non poteſt poſtea per actum fictum puta conſtituti, precarij, cõditionis, & ſimilium creditorem aliqua ſua poſſeſſione priuare.*
23 *Quid ſi debitor in caſu prædicto rem uerè, & actualiter alteri tradidit.*
24 *Poſſidens ciuiliter animo ſuo, & naturaliter corpore alieno an, & quomodo per illum, cuius corpore poſſidet, ſua poſſeſſione priuari poſſit.*
25 *Traditio uera, & actualis quomodo fiat.*
26 *Ea non probatur per uerba inſtrumenti dedit, & tradidit, nec per pactum conſtituti, niſi inſtrumentum in faciem rei factũ eſſet.*
27 *Et quomodo probari debeat.*
28 *Poſſidens naturaliter corpore ſuo quando dominum ciuiliter animo ſuo poſſidentem per conſtitutum alteri factum, uel per veram traditionem ſua poſſeſſione ciuili priuet, & quando non.*
29 *Poſſidens ciuiliter turbatus à poſſidente naturaliter poteſt propter pactum de ingrediendo, & pactum conſtituti, & precarij propria auctoritate rem ignudi non citato poſſidente naturaliter, & illum per uim expellere, & nu. 32.*
30 *Poſſeſſorium reſtituendæ datur ſpoliato, & eiecto à ſua poſſeſſione, & non illi, qui nunquam poſſedit.*
33 *Et non datur contra illum, qui iuſtè, & iuris auctoritate rem ingreſſus fuit.*
34 *In obligatione generali bonorum præſentium, & futurorũ an cõprehendatur etiam res illa, propter quã obligatio facta fuit.*
35 *Creditor precarium reuocare, & poſſeſſionem rei ingredi non poteſt, durante prorogatione temporis debitori ad ſoluendũ facta: Quid ſi poſt lapsũ termini prorogatio facta dicatur n. 37.*
36 *Confeſſio qualificata debet in totum cum ſuis qualitatibas recipi, & non pro parte, quæ contra confitentem facit, quando contra confitentem non eſt iuris præſumptio.*
38 *Sententia interloquutoria, quando res integra eſſe deſiit, reuocari, non poteſt.*
39 *Quod limitatur, & nu. 41.*
40 *Sententia interloquutoria lata poſt litem conteſtatam requirit, & poſt ſe expectat ſententiam diffinitiuam.*
41 *Sententia interloquutoria poſt ſe diffinitiuam ſententiam expectans poteſt ex iuſta cauſa reuocari.*
42 *Pronunciatio, & ſententia interloquutoria de habendis poſitionibus pro confeſſatis tanquam interloquutoria poteſt ex cauſa iuſta ante ſententiam diffinitiuam per iudicem reuocari.*

EPITOME.

De pacto conſtituti, & precarij, & de ingrediendo propria auctoritate tàm ſeparatim, quã ſimul poſitis quod ius, & quę poſſeſſio trãsferatur, hic agitur.

Debitor, qui creditori ſuo omnia ſua bona obligauit cum pacto conſtituti, & precarij, & de ingrediendo propria auctoritate, ꝙ omnem poſſeſſionem in creditorem tranſtulerit.

Et ſi poſtea illa alteri uendat, & emptoris noĩe ſe poſſidere cõſtituat, ꝙ nullã in emptorẽ poſſeſſionẽ trãsferat, nec creditorẽ aliqua ſua poſſeſſiõe priuet.

Et ſi creditor propria auctoritate poſſeſſionem, & tenutam ingrediatur, ꝙ emptor ſecundus non poſſit dici ſua poſſeſſione ſpoliatus, nec aliquo poſſeſſorio reſtitutorio contra creditorem agere valeat, plenè hic demonſtratur.

In obligatione generali bonorũ præſentiũ, & futurorũ facta in caſu, quo pretium rei uenditę nõ ſolueretur, etiam rem uenditam cõprehẽdi, probatur.

Pronunciationẽ, ſeu ſentẽtiã interloquutoriã de habẽdis poſitionibus pro cõfeſſatis poſſe ex cã ante ſententiã diffinitiuã à iudice reuocari, oſtenditur.

CONSILIVM XLII.

PRINCIPALITER in hac cauſa diſcutiendum eſſet, an tenuta data Marcoantonio de Morandis non citato Iulio de penſabenis de iure valeat ita, ꝙ Iulius non poſſit dici priuatus, ſeu ſpoliatus poſſeſſione ſua ad effectum excludendi ipſum à remedio poſſeſſorij reſtituendæ l.fi.C. de acq.poſſ.cum ibi no.per glo. ſeu c. reintegranda 3. q. 1. vel alio ſimili reſtitutorio per ipſum Iulium contra dictum Marcumantonium intentato. Qua in re plura hinc inde dici poſſent: Sed cum verba coram viro peritiſſimo ſim facturus, omiſſo multiloquio, ponam veras, & communes in hac materia concluſiones, ex quibus de ueritate, &

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

bono iure præfati Marciantonij conſtabit. Pro intel
ligentia tamen præſentis conſultationis primo præ
1 ſuppono, † ꝙ aliud eſt pactũ conſtituti, & aliud eſt pa
ctũ precarij, per primũ regulariter, & in dubio in cre
ditorem, cuius nomine debitor ſe poſſidere conſti-
tuit, transfertur omnis poſſeſſio, videlicet ciuilis, &
naturalis, quæ erat pęnes debitorem, per ſecundum
verò regulariter transfertur ciuilis tantum, & natu-
ralis remanet pęnes debitorẽ rogantem: Et pactum
conſtituti dr̃ eſſe, qñ quis ſe nomine alterius poſſi-
dere conſtituit, pactum aũt precarij eſſe dr̃, qñ quis
conſtituit ſe precario alterius nomine poſſidere:
Hæc oĩa probãtur ex iis, quæ in terminis voluit Bar.
& doctores ferè omnes cõiter Alex. Imo. Pau. de Ca
ſtr. & alij ſequũtur in l. interdũ in prin. & in l. ſi quis
ante, ff. de acq. poſſ. cum infinitis ſimilibus, quæ alle
gari poſſent, & hr̃ per Bartolum in l. creditores, in 2.
q. C. de pign. & in l. ab emptione poſt gl. ff. de pactis.
2 ¶ Secundo præſuppono, ꝙ † qñ in eodem inſtrumen
to utrunque pactum videlicet conſtituti, & precarii
ſimul fuit appoſitum, quia debitor primo conſtitue
rit ſe poſſidere nomine creditoris, deindę ſucceſſi-
uè, & incontinenti conſtituerit ſe precario nomine
eadem bona poſſidere, ſeu illa precario tenere roga
uit, tunc in creditorem omnis poſſeſſio videlicet na
turalis, & ciuilis transfertur: Et hoc in caſu ratione
unionis precarium aſſumit ſibi naturam conſtituti,
uel ſolum conſtitutum attenditur, & de precarii ro-
gatio interponitur non, vt debitor poſſeſſionem ha
beat, ſed vt ei rem retinere liceat, vt eſt tex. in l. non
ſolum in fi. ff. de vſucapionib. Bar. Alex. Aret. & alij
in d. l. ſi quis ante, & in terminis uoluit Bar. in dicta
l. interdum in princip. ubi Alex. hoc multum com-
mendat, & ita doctores alij cõmuniter ſequuntur:
Et quamuis Aret. ibi hoc aliqualiter velle mordere
videatur, tamen eſt in practica tenendum, & verius
eſſe arbitror, vt ratione vnionis natura conſtituti in
precariũ transferatur, vel natura conſtituti dumta-
xat reſpectu poſſeſſionis attendatur, vt ibi, & arg. l.
qui patri, ibiq; Bart. & omnes poſt gl. ff. de acq. hęr.
bonus eſt tex. in c. & temporis cum ſeq. 16. qõ. 1. &
ad propoſitum facit id, quod ſentiunt Iacob. Butrig.
& Salic. in d. l. creditores in 7. quæſtio. qui præſuppo
3 nunt, ꝙ † ex pacto ſimplicis precarij etiam utraque
poſſeſſio poſſit in creditorem transferri, ſicut ex cõ
ſtituto, adeò, ꝙ debitor per precarium ſolum rem
detinere dicetur, ut quando ex pacto hoc eſſe inter
contrahentes expreſsè cautum, quia debitor ſolam
detentationem pęnes ſe retinuiſſet, ut eſt text. in ter
minis, ibique Alexand. & alij doctores in dicta l. ſi
quis ante, & in l. certè, §. is, qui ff. de precariis, & ha-
betur per Aret. in l. Pomponius, §. ſi is, qui ff. de ac-
quiren. poſſeſſ. Item & è contra agi poteſt, ut in ro-
gantem omnia poſſeſſio transferatur, veluti eſt gl.
in §. hodie Inſtitut. de interdict. in glo. magna, & l.
in rebus, ff. de precariis. ¶ Nec obſtat prædictis, ꝙ
4 † quando precarium fuit factum poſt conſtitutum,
videtur à conſtituto receſſum, & debitor ſolum pre
cario nomine dicitur poſſidere, & è contra, cum
per vltimum derogetur primo, ut eſt tex. in dicta. l.
ſi quis ante, ibiq; glo. & omnes, ibi potius procede-
re videbitur, quod nouiſſimè factum eſt, Quia re-
ſpondetur primo id verum eſſe, quando hæc ex in-
teruallo, & in diuerſis inſtrumentis fierent, ſecus ſi
incontinenti, & in eodem inſtrumento, ut eſt text.
in dicta l. non ſolum in fin. & ibi Barto. ff. de vſuca-
pio. & in dicta l. ſi quis ante, ibiq; Alex. Aret. & alii,
& eſt ratio, quam aſſignat text. in dicta l. non ſolum
in fin. & refert Barto. in dicta l. ſi quis ante, quoniam
tunc non cenſetur interpoſitum precarium, ut de-
bitor poſſeſſionem habeat, ſed vt ei rem liceat re[ti-]
nere. Secundo reſpondetur per vltimum vide[tur à]
primo receſſum, quando agebatur expreſsè, ut [poſ-]
ſeſſio ex precario debitori acquireretur, ſecus[...]
ſimpliciter quis cõduxit, ſeu precario rogauit[...]
tunc in dubio cenſetur actum, vt ipſi liceat reti[ne-]
re, ſeu in poſſeſſione eſſe, quod eſt idem, quod [de-]
tinere, cum longè aliud ſit poſſidere, & aliud [in]
poſſeſſione eſſe: Vel quando actum eſſet expre[ſsè,]
ꝙ debitor, qui precario rogauit, detinere po[ſſet,]
ſeu in poſſeſſione eſſe ſibi liceret, nam tunc utr[a-]
que pactum valeret, & omnis poſſeſſio in cred[ito-]
rem translata diceretur, vt eſt text. in dicta l. ſi [quis]
5 ante, & ibi glo. ¶ Et ex prædictis infero, ꝙ † in [ter-]
minis noſtris ex pacto precarij vtraque poſſeſſio [vi-]
delicet naturalis, & ciuilis fuit in ipſum credito[rem]
translata, & ſola detentatio pęnes debitorem re[man-]
ſit, tum quia non fuit ſimplex pactum precarii, [ſed]
in eodem inſtrumento fuit pacto cõſtituti unitum,
quoniam primo debitor cõſtituit ſe nomine cre-
ditoris poſſidere, vt habetur in principio pacti, per
quod conſtitutum utraque poſſeſſio acquiritur, [ut]
tradita per Bartolum in d. l. interdum in princip.
in d. l. creditores, in 2. quæſtio. & clarè habetur in [ex-]
tenſione pacti precarii, ibi per pactum poſſidere [con-]
ſtituit, & quaſi, & ſic ſimpliciter, nec ibi dicitur p[re-]
cario &c. quo caſu dicitur ſimplex conſtitutum, [per]
quod omnis poſſeſſio acquiritur illi, cuius nom[ine]
factum fuit, ut ſupra: tum quia hoc apertè dicit[ur,]
& continetur in pacto, ſeu in eius extenſione, [ibi]
volens ex hoc ſuo miniſterio in dictum Sempro-
nium creditorem, & ad vtilitatem ipſius omnem
ipſorum bonorum transferre poſſeſſionem, & c[..]
6 tunc totaliter transferendo &c. † quæ uerba innuũt
utranque poſſeſſionem fuiſſe in dictum creditorem
translatam, cum dicat omnem poſſeſſionem, quæ
uerba non poſſunt in una ſimplici poſſeſſione uerifi-
cari, ſed in utraq;, quia cum ſint vniuerſalia, requi-
runt ad minus duo, nec in vno verificantur. l. nera-
tius, ff. de verb. ſig. & Bar. in l. quod nerua, in 4. col. ff.
depoſi. cum ſimilibus, & ita eſt de mente Alexandri
in d. l. interdum in principio, & Barto. in dicta l. cre-
ditores, in 4. q. in finalibus uerbis, qui propriè in [hac]
materia pacti conſtituti, ſeu precarij volentes o[ſten-]
dere, ꝙ ex pacto transferatur poſſeſſio naturalis, [&]
ciuilis, dicunt ſimpliciter omnem poſſeſſionẽ [trans-]
ferri: Poſt pactum uerò conſtituti in eodem in[ſtru-]
mento incontinenti, & ſucceſſiuè fuit ſubie[ctum]
pactum precarij, ut patet in dicto inſtrumento [&]
in extenſione pacti, ubi dicitur, deinde dicto [Sempro-]
tio debitore inſtante, petente, & rogante Marc-
antonius creditor eadem bona omnia ſola ſimpl[icis]
detentionis gratia precario reſtituit, conceſſit, [&]
relaxauit eidem debitori &c. & ſic poſt pactum c[on-]
ſtituti in uerſicu. deinde &c. fuit incontinenti ap[po-]
ſitum pactum precarij, ut manifeſtè conſtat: ergo [ſu-]
mus in caſu, in quo omnis poſſeſſio fuit in credi[to-]
rem translata, & ſola detentatio pęnes debitore[m]
remanſit per prædicta: Item quia fuit expreſsè co[n-]
uentum, ꝙ ex tali precario ſubſecuto ſolũ ſimpl[ex]
bonorum detentatio pęnes debitorem remaneret,
ut ibi ſola ſimplicis detentionis gratia precario re[ſti-]
7 tuit &c. † quod quidẽ per pactũ fieri põt, ut uolunt
Iacob. Butr. & Sali. poſt Bartolum in dicta l. credito
res, & eſt tex. in d. l. ſi quis ante, & ibi Alexan. d. l. cer-
tè, §. is, qui, Aretin. in d. l. pomponius, §. ſi is, qui, &
gloſ. in dicto §. hodie Inſtitut. de interdic. nam co[n-]
tractus legem ex conuentione partium etiam q[uo ad]
naturam contractus accipiunt l. 1. §. ſi conueniat,
8 ff. depoſiti, & l. contractus, ff. de regul. iuris. Et †[...]
caſu

caſu noſtro hoc eſt neceſſarium dicere, qm̄ cum ex
conſtituto prius facto, & appoſito fuerit omnis poſſeſ
ſio in creditorem translata, ergo poſtea ex precario
incontinenti ſubſequuto dicendum eſt, ꝙ ſola deten
tatio penes debitorem remanſerit, tum quia duo in
ſolidum eodem reſpectu non poſſunt eandem rem
poſſidere. l. 3. §. ex contrario. ibiq́ue doctores omnes
poſt glo. ff. de acquir. poſſeſ. & d. l. ſi quis ante, tum ēt
quia quando huiuſmodi pacta precarii uidelicet, &
conſtituti ſunt ſimul iuncta, & connexa, tunc in cre-
ditorem utraque poſſeſſio transfertur, & ſola deten-
tatio remanet debitori adeò, ꝙ is non dicitur poſſide
re, ſed in poſſeſſione eſſe d. l. ſi quis ante. & d. l. non ſo
lum. in fin. ſeu non ſibi, ſed ut colonus, & conductor
alteri poſſidere cenſetur, arg. l. quod meo. ff. de acqui.
9 poſſe. Et† creditori, ut poſſeſſori, ſeu ratione poſſeſſio
nis naturalis, & ciuilis fructus rei debentur, prout in
pacto, ſeu in prouiſione pacti precarii expreſsè conti-
netur, & hoc etiam dicitur eſſe de iure cōi, quia poſſi
denti naturaliter, & ciuiliter fructus rei debentur, ut
plenè habetur per Bartolum, & alios in d. l. 3. §. ex con
trario. Nec obſtat ſtatutum de pœna officialium ma-
lè iudican. in §. dicimus etiam, & ſtatutum ſub rubri-
ca deciſio de pacto de ingrediendo, quia loquuntur
in ſimplici pacto precarii, uel in ſimplici pacto de in-
grediendo, non autem quando illis eſſet etiam an-
nexum pactum conſtituti. Item ſtatutum de pœ-
na officialium malè iudicandi loquitur, quando
quis ratione ſimplicis pacti precarii uellet fructus
pendentes exportare, & in ſuos uſus conuertere,
& diſſipare, in caſu autem noſtro non agitur de ex
portandis aliquibus fructibus pendentibus, cū nulli
fructus pendere dicantur. Ex prædictis itaq; omnibus
ſequitur, & hoc eſt indubitatū, ꝙ in caſu noſtro quæ-
libet poſſeſſio prius penes debitorē exiſtēs fuit in cre
ditorem translata, & ſola ſimplex detentatio penes
debitorē remanſit, & conſequenter fructus creditori
debentur. Nec obſtant illa uerba in extenſione pacti
appoſita, quacunque tamen ciuili poſſeſſione penes
dictū Semproniū, hoc eſt in caſu noſtro penes Marcū
antoniū, & ſuos hęredes retenta, & eidē integrè reſer
uata, ex quibus uidetur inferri, ꝙ ſola ciuilis poſſeſ-
ſio fuerit reſeruata, & penes creditorem remanſerit.
10 Quia reſpondetur, ꝙ† dicendo quacunq; poſſeſſio-
ne non poteſt intelligi de ſola ſimplici, & unica poſ-
ſeſſiōe ciuili, excluſa naturali, nā cū illa ſint uerba ge
neralia, & uniuerſalia, q̄ ad minus duo, uel plura ex-
poſcunt iuxta textum in l. ſi neceſſarias. §. ſi annua. ff.
de pigno. actio. Ioan. Andr. in c. fi. extra de cōſuetud.
& eſt bonus tex. in d. l. neratius. & ibi Bart. ff. de uerb.
ſigni. & idem Barto. in d. l. quod nerua. in 4. colum. ff.
depoſi. & in prohœm. digeſtorum, non poſſunt ueri-
11 ficari in ſola poſſeſſione ciuili, † quę eſt unica tantū,
ut habetur per Bartolum, & doctores omnes in d. l.
3. §. ex contrario. qui ſolum admittunt plures nume-
ro eſſe poſſeſſiones naturales eiuſdem rei, quæ eodē
tempore poſſunt eſſe penes plures inſolidum, ut eſt
tex. & ibi Barto. in l. fi. ff. uti poſſid. ſed nō penes unū,
& eundem, & unam ſolā eſſe ciuilē poſſeſſionē, & nō
plures eiuſdē rei: ergo dicendo quacūque tn̄ poſſeſ-
ſione ciuili penes dictū Marcumantoniū, & eius hæ-
redes retenta debet intelligi etiam de naturali, ultra
ciuilē ad hoc, ut illa uerba uniuerſalia in pluribus ue
rificentur. Alioquin ſi intelligeretur ſolū ciuilis poſ-
ſeſſio penes creditorē retenta, & naturalis ipſi debito
ri reſtituta, & relaxata, reſultaret cōtrarietas, repugnā
tia, & correctio eorū, quæ ſupra immediatè, & in con
tinenti fuerunt poſita, qđ nō eſt dicendum, arg. l. non
ad ea. ff. de condit. & demonſtrat. Supra enim pręſup
ponitur, quòd ſola ſimplex detentatio apud debito-
rem remanſerit, & bona ſibi per creditorem fuerint
relaxata, & reſtituta gratia ſolius ſimplicis detentatio
nis, ut ſupra dixi, & patet ex uerbis pacti precarii, ergo
non eſt dicēdum, quòd poſtea immediatè ex illis uer
bis quancunque ciuili poſſeſſione retenta infera-
tur cōtrarium, & ꝙ apud debitorem naturalis poſſeſ
ſio remāſerit, & gratia naturalis poſſeſſiōis bona fue-
rint ei per creditorem relaxata, quoniam non uide-
tur quis incontinenti ſe uoluiſſe corrigere d. l. non ad
ea. ubi Alex. ad propoſitū hac ratione, vtitur, & in ter
minis noſtris ita etiam ipſe dicit in d. l. ſi quis ante. in
3. col. & ibi Io. de Imo. Præterea ex quo de natura pre
carii, & conſtituti ſimul iuncti eſt, ꝙ omnis poſſeſsio
in creditorem dicatur translata adeò, ꝙ ſola detenta
tio penes debitorem remanſerit, ut dictū fuit, ſequi-
tur, ꝙ non poſſumus dicere, quòd ex illis uerbis qua-
cunque tamen ciuili poſſeſſione &c. inferri dicatur,
ꝙ ipſi debitori ſit reſeruata naturalis poſſeſſio, quo-
niam huic intelligentiæ aduerſaretur natura pacti cō
ſtituti de poſsidendo, & pacti precarii ſimul coniun-
ctorum. Rurſus ex quo illa uerba quacunque tamē ci
uili poſſeſſione dicuntur appoſita ad fauorem credi-
toris, & ad augmentum iurium ipſius, ea non debent
contrarium effectum, hoc eſt diminutionem opera-
ri, argum. l. quod fauore. C. de legibus. l. legata inutili
ter. ff. de leg. 1. & ff. de adimen. legat. & l. nulla. ff. de
legib. Vnde uel debet dici, ꝙ uerba illius pacti quacū
que tn̄ &c. ſtēt abſq; eo uerbo ciuili, & tūc res eēt cla
ra, & aliter ſi benè conſiderentur, ſtare nequeunt, per
ſupradicta, alioquin inferretur plures eſſe poſſeſsio-
nes ciuiles eiuſdem rei, quod minimè dicendum eſt,
ut colligitur ex iis, quæ ponunt Bar. Alexā. & alii ſcri-
bent. in d. l. 3. §. ex contrario. item contrahentes incō
tinenti ſe correxiſſe contra ſupra dicta, uel ex illis uer
bis quacunque tamē ciuili poſſeſſione ſublatam fuiſ
ſe naturam iſtorum pactorum ſimul unitorum, quod
non eſt dicendum, quia eſſet contra tex. in d. l. non ſo
lum. in fi. ff. de de vſucapio. Vel eſt dicēdum, ꝙ iuxta
illa uerba quacunque tamē ciuili poſſeſsione &c. ſup
pleatur implicatiua etiam, uidelicet quacunq; tamē
ciuili etiam poſſeſsione retenta, & ſic includatur etiā
naturalis poſſeſsio, quam creditor penes ſe habuiſſe,
& retinuiſſe dr̄, ut ex p̄cedētibus uerbis infertur, & ſu
11 pra latius dixi. Et† hęc dictio ſuppleri debet cauſa eui
tandi abſurdi, & gratia euitandæ correctionis, & con
trarietatis, prout ſæpe fit, & in iure factum reperitur,
ut habetur de dictione maximè in l. ſi aliquis. ff. de do
nat. cauſa mortis. in l. quod ſenatus. ff. de iniur. in l. nō
ſolum. §. proculus. eod. tit. in l. 3. §. ſi duo. ff. de mune-
rib. & honori. & l. qui rem. C. de euictio. & de dictio-
ne etiam habetur in l. ait prætor. ff. de re iudic. cum
gloſſ. in l. quantum autem. ff. quod metus cauſa. & l.
militum. C. de teſtibus. cum ſimilibus. quæ allegari
12 poſſent. ¶ Non obſtant etiam † illa uerba in dicto
pacto, ſeu in eius extenſione appoſita, ita tamen ꝙ
ammodo liceat ex pacto dicto creditori dicta bona
apprehendere, & eorum poſſeſſionem ingredi, & nā-
ciſci, ex quibus uerbis datur intelligi, quòd poſſeſsio
horum bonorum nō ſit penes creditorem, alioquin
creditor poſſeſsionem nanciſci non diceretur, ſi pe-
nes ipſum eſſet, quia nemo id, quod habet, petere
poteſt, argumento. §. ſic itaque. inſtit. de actio. Quia
reſpondetur, quòd illa uerba & eorum poſſeſſionem
&c. debent exponi eorum uidelicet creditorum, hoc
eſt Sēpronii, & Caii, de q̄bus ſupra mentio facta fuit,
nō aūt eorū uidelicet bonorū. Qua expoſitione ſtāte,
inferetur, ꝙ poſſeſsio dictorū bonorū ſit ipſorū credi
torū, & penes ipſos, nō aūt penes debitorē: & ita ē ex-
ponēdū, ne abſurda, & inconuenientia ſupra dicta ſe-
quātur. Et inquantum dr̄, quòd liceat ipſis creditori-

bus eorum poſſeſſionem nanciſci, debet intelligi re-
ſpectu poſſeſſionis, in qua erat debitor, ſed non eius,
quam ipſi creditores habebant, & conſequẽter reſpe-
ctu detentationis, quæ erat penes debitorem, quia cũ
14 † creditor poſſideat bona hypothecata mediante per
ſona, & corpore coloni, ſeu debitoris, qui alteri, hoc
eſt creditori poſſidet iuxta l. quãuis. §. 1. l. qui uniuer-
ſas. §. quod per colonũ. l. q pignoris. & l. re pignoris.
ubi caſus. ff. de acqu. poſſeſ. hoc reſpectu creditor ſuã
15 dicitur nanciſci poſſeſſionem, quoniam † debitor, pe
nes quem nulla poſſeſſio propter pactum conſtituti,
& precarii remanſit, licet nõ dicatur poſſidere, tamẽ
dicitur eſſe in poſſeſſione, & longè differunt poſſide-
re, & in poſſeſſione eſſe, ut eſt tex. in terminis, qui pro
priè loquitur in caſu noſtro, in d. l. ſi quis ante. in prin
16 cipio. Item † debitor poſſidet non ſibi, ſed creditori,
& ſic creditor dicitur poſſidere, debitor aũt detinere
prout facit colonus, & conductor, nam is, poſſidet,
cuius nomine poſſidetur d. l. quod meo. in prin. Præ-
17 terea † debitor, qui obligauit omnia bona ſua, & illa
poſſidere nomine creditoris conſtituit, quo caſu om
nem bonorum poſſeſſionem transfert, ut dictum eſt
etiã ipſe dicitur poſſidere, & detinere quoad effectũ
acquiſitionis fructuum, & ut poſſit dominium illorũ
bonorum, ſeu uſucapiendi conditionẽ in alium trãſ-
ferre. d. l. qui pignoris. & ibi Bar. Pau. de Caſt. in d. l. q̃-
uis. §. 1. in finalib. uerbis, & expreſſè habetur per Bar.
in l. celſus. in 3. col. ff. de uſucapionib. per D. Anto. in
c. cum ueniſſent. in 4. col. de reſt. ſpoliatorum; nam
18 † creditor, qui bona ſibi à debitore hypothecata dici-
tur poſſidere ex pacto precarii, ſeu conſtituti, dicitur
poſſidere ad utilitatem debitoris reſpectu fructuum,
ſeu uſucapionis perficiendæ, ſeu alio reſpectu, ut ha-
betur in l. ſerui nomine. ff. de uſucapionib. l. interdũ.
§. creditor. ff. qui ſatiſdare cogantur. & Bar. in l. ab em
19 ptione. in 2. col. ff. de pactis. Et † hoc reſpectu creditor
poteſt nanciſci poſſeſſionem bonorum, non autem
ꝙ ob hoc non dicatur omnino hoc eſt ciuiliter, & na
turaliter poſſidere, immò utroque modo poſſidet a-
deò, ꝙ debitor non poteſt creditori quoad ſuam poſ
ſeſſionem præiudicare alteri rem uendẽdo, & illam
nomine emptoris poſſidere conſtituendo per dictã.
l. quamuis. §. 1. & ibi Bar. & Pau. de Caſt. & expreſſè p
Bar. in d. l. celſus. in 3. col. Nec prædictis aduerſatur d.
l. ſi quis ante. in principio, ut ſupradictum fuit. Et hæc
ſunt uera, & ad intelligentiam terminorum benè no
tanda. ¶ Tertio præſuppono, ꝙ † in terminis noſtris
20 ultra pactum conſtituti, & precarii fuit etiam apposi-
tum pactum de ingrediendo propria auctoritate, qđ
pactum quid hoc in caſu operetur, pulcherrimè do-
cet, & declarat Bar. in d. l. creditores. in 2. q. princip. in
uerſi. item quæro. quid ſi in inſtrumento, & inquit in
creditorem dici translatam omnem poſſeſſionẽ, ſub
quibus uerbis omnem poſſeſſionem uult comprehẽ
dere poſſeſſionem naturalem, & ciuilem, ueluti eſt
etiam de mente Alex. in d. l. interdũ. in prin. ff. de ac-
quir. poſſ. Et hoc reſpectu acquiſitionis poſſeſſionis
pactum de ingrediendo nihil operatur, ſed operatur
illud, qđ pactũ conſtituti per ſe operari non poſſet, ui
21 delicet ꝙ † caſu, quo debitor poſſeſſionem creditoris
interuertiſſet, puta illam alii actualiter tradendo, ut
infra dicetur, ipſi creditori tunc licitum erit propria
auctoritate etiam contra tertium poſſeſſorem, & ſic
illo non citato, poſſeſſionem interuerſam ingredi, ẽt
debito non liquidato, quamuis per interuerſionem
poſſeſſionis factam à debitore, qui illam alteri actua
liter tradidit, effectus pacti conſtituti, & precarii dica
tur extinctus, ut uoluit Bart. in d. l. creditores. in 2. q.
prin. & latius in 4. q. prin. quaſi circa finẽ, & in termi-
nis hoc ſequitur Aret. in conſi. 21. in 3. dubio, & Soc.
in conſi. 82. incip. ſuper quæſtionibus uol. 3. in 3. col.
in 5. concluſione, & hoc etiam uoluit Iacob. Butriga.
in d. l. creditores. in ſua diſtinctione. Et hoc, quando
incontinenti creditor fuiſſet ingreſſus, & incontinen
ti dicitur ingredi, quam primum ipſe creditor ſciuit,
argumẽto. l. 3. §. cum igitur. ff. de ui, & ui armata, ubi
eſt caſus, & Bar. Et maximè hoc dicendum eſt in ter-
minis noſtris, in quibus ultra pactum conſtituti, &
precarii ſimul adiectum fuit pactum de ingrediendo
propria auctoritate bona obligata contra ipſum de-
bitorem, ſeu eius hæredem, ſeu aliam perſonam ab-
que citatiõe, & requiſitione dicti creditoris, ſeu eius
hæredum, uel alterius perſonæ, per quæ uerba cõſtat
ꝙ uidetur expreſſum de perſona ſingularis ſucceſſo-
ris tenentis, & poſſidentis, quia illa uerba ſeu aliã per
ſonam, & illa uel alterius perſonę non poſſunt ueri-
cari, niſi ĩ ſingulari ſucceſſore, qui rem detineret, ſeu
poſſideret iuxta ea, quæ habentur per Alex. in l. quod
dicitur, col. penul. ff. de uerb. oblig. & probatur in l. 1.
§. permittitur. ff. de aqua quotidia. & æſtiua, & colligi
tur ex pacto, eiuſque extenſione. ¶ His ita præſuppo-
ſitis, pro deciſione principalis dubitationis facio in-
22 quas concluſioner. Prima ſit, ꝙ † ubicunque in credi
torem translata fuit omnis poſſeſſio bonorum obli-
gatorum per debitorem, uel per pactum cõſtituti de
per ſe, uel per pactum precarii de per ſe in caſibus, in
quibus per illud quælibet poſſeſſio transferri poteſt
iuxta ea, quæ ſupra declarata fuerunt, tunc debitor
aetum fictum, puta conſtituendo ſe nomine alterius
poſſidere, & ab alio conducendo, illique penſiones
ſoluendo, & de fructibus reſpondendo creditorẽ pri
mum aliqua ſua poſſeſſione non priuat, ut eſt text. qui
ab omnibus ad hoc allegatur, & ibi gl. in d. l. quãuis.
§. ſi conductor. ff. de acquiren. poſſeſ. & in d. l. qui pi-
gnoris. Pau. de Caſt. in d. §. ſi conductor. in finalibus
uerbis, Alex. in d. l. quamuis. & melius in l. peregrè. §.
quibus. ibique Imo. ff. de acquirend. poſſeſſio. & Ale-
xan. ipſe in d. l. interdum. ff. eodem titu. in fin. in 1. co-
lum. & idem uoluit Barto. in d. l. celſus. in 3. col. ibi ſi
uerò conſtituit ſe eius nomine poſſidere ſimpliciter,
uel à creditore conduxit, tunc ipſe creditor omnino
poſſidet, & ideò tunc rogando precario poſtea ab
emptore nullam poſſeſſionem in eum transfert. d.
l. quamuis. §. 1. & ita ſequitur Ioann. de Imola ibi,
& idem uoluit Alberic. in l. fin. in ultima columna
uerſiculus quid ſi colonus conſtituit ſe poſſidere, &
C. de acquirenda poſſeſſione, & dicit, quòd tunc
bet locum textum in dicta. l. quamuis. §. 1. uidelicet
quòd per conſtitutum coloni, ſeu debitoris non
præiudicium creditori, ſeu primo poſſeſſori; ita
clarè tenuit Alexãder poſt Bartolum in l. quod meo
in princip. in penult. colum. ff. de acquirenda poſſ.
per textum ſingularem, & unicum in dicta. l. quam
uis. §. 1. & Bartolus in terminis in l. 3. §. in amittenda
ff. de acquirenda poſſeſſione ubi Alexander. dicit
Doctores ita communiter tenere per textum in di-
cta. l. quamuis. §. primo. & ita tenet Paulus de Ca-
ſtro in dicta. l. quod meo. in princip. & Antonius de
Butriga. in c. cũ ueniſſent. in quarta columna. extra
de reſtitutione ſpoliatorum. Vnde cum in termi-
nis noſtris Traianus debitor, qui omnia bona ſua
Marco Antonio creditori obligauit, eius nomine
ſe poſſidere conſtituerit, ac etiam precario nomi-
ne illa habuerit, & conſequenter omnem poſſeſ-
ſionem in ipſum Marcum Antonium tranſtulerit,
ut ex prædictis infertur, ſequitur, quòd dictus
Traianus rem poſtea ipſi Iulio uendendo, & conſti-
tuendo ſe rem illam nomine Iulii poſſidere, nullam
in eum tranſtulit poſſeſſionem, nec Marcum Anto-
nium aliqua ſua poſſeſſione priuauit, etiam poſito,
quòd

ꝙ Traianus penſiones ipſi Iulio ſoluerit, ut in d.l.quã
uis.§.1.& eſt tex.in l.pōponius. ff.quibus modis uſuſ-
fruct.amitta. ¶Secunda ſit concluſio, ꝙ† quando de-
23 bitor rem à creditore conduxit, ſeu per pactum con-
ſtituti, uel aliter omnem poſſeſsionem in creditorē
tranſtulit iuxta præmiſſa, ſi ipſe debitor poſtea rē uen
didit, & illam emptori actualiter tradidit, dicitur tūc
ipſum creditorem ſua ciuili, & naturali poſſeſſione
priuare, nam ex quo creditor poſsidet animo ſuo, &
corpore alieno, hoc eſt corpore debitoris, ſeu coloni
quamuis ipſi creditori per actum fictum præiudiciū
fieri nequeat, ut ſupradictum eſt in proxima conclu-
ſione, tamen per actum uerum traditionis factæ ex
cauſa, & titulo aliquo iuſto creditori p̄iudicatur quo
ad omnem eius poſſeſsionem, quā animo ſeu, & cor
pore alieno retinebat, ut eſt tex. ī l.3.§.quod ſi ſeruus.
& argum.l.peregrè.§.quibus.cum ibi not.ff. de acqu.
poſſeſ. Et hanc opinionem ferè doctores omnes ſe-
quuntur, & eſt communis opinio, ita in terminis uo-
luit Bar.in d.l.quamuis.§.ſi conductor. & ibi Paul.de
Caſt. Alex.& alii, & in l.peregrè.§.quibus.ubi Alex. &
in l.quod meo.in prin. ī 8.col. & ibi Páu. de Caſt. Ioā.
de Imo. ī d.l.interdū. ī fi.& Alex.ibi in prin.in fi.3.col.
& clarius in l.3.§.in amittenda.& ibi Bar.Pau.de Ca-
ſtro, & Aret.ff.de acquir.poſſeſ.Bal. & alii poſt glo.in
l.fi.C.de acq.poſſeſ.& Soc.in conſi.82.uol.3.in 5. con
cluſione. Quamuis Alberic.in d.l.fi.per illum tex.cō-
trarium in hoc uoluerit, ꝙ per actum ueræ traditio-
nis ille poſſeſsione non priuetur, qui animo ſuo ciui
liter, & corpore alieno naturaliter poſsidebat. Sed
24 † eius dictum poſſet ſubſtineri, quando traditio uera
facta fuiſſet ab eo, cuius corpore naturaliter poſside-
bam, abſque titulo, & cauſa iuſta, ut quia animo pro-
dendi me dominum rem alteri actualiter tradidiſſet
per illum textum, & faciunt ea, quæ habentur per A-
lexan.in d.l.peregrè.§. quibus. & in d.l.quamuis. §.1.
Et ita in terminis declarat Alexā.in l.qui uniuerſas.§.
quod per colonum. ff. de acquir. poſseſ. ſolum enim
in duobus caſibus reperitur, ꝙ quando quis ciuiliter
animo ſuo poſsidet, & naturaliter corpore alieno,
poſſit priuari ſua poſseſsione ciuili, & naturali per co
lonum, ſeu debitorē, cuius corpore poſsidet, primo
quando colonus, ſeu debitor fuiſset expulſus, & eie-
ctus, ut eſt tex.in d.l.3.§.quod ſi ſeruus. & in d.l. pere-
grè.§.quibus.& ibi glo.& Doctores communiter, &
glo.Alberic.Bal.Salic.& alii ſcribentes communiter
in l.fi.C.de acquiren.poſseſ. & l.3. §. in amittenda. &
ibi Bar.Paul.de Caſt.Alex.Aretin.& alii. ff.eodem ti-
tu. Secundo caſu, quando ille, cuius corpore poſside-
bam, rem alienando alii actualiter, & uerè tradidit,
ut eſt text.in d.l.3.§.quod ſi ſeruus. & in d. §. quibus.
& eſt communis Doctorum ſententia in locis præal-
legatis: & aliter non reperitur, quòd ille, cuius corpo
re poſsideo, mihi poſsidenti naturaliter, & ciuiliter
præiudicare poſſit, ut eſt tex. ibique gl.& omnes in d.
l.fin. Et omnino actus ueræ traditionis requiritur,
25 † qui fit mediante actu corporali, cum dicatur eſſe
meri facti iuxta l.ſtipulationes. non diuiduntur, & l.
ubi autem. §. qui id, quod. ff. de uerborum obliga-
tionibus iunctis iis, quæ habentur in l. quorundam.
ff.de acquirenda poſseſsione in l.ſecunda. C.de peri-
cu.& commodo rei uendi. & l. clauibus. ff. de con-
trahenda emptione, & facit id, quod uolunt Barto.
Iacob.de Aren. Alexand. & alii in l. prædia. ff. de ac-
quirenda poſseſsione per Bartolum, & alios in l. 2.
26 C.eodem titulo. Et † dicit Bald. in l. non idcirco. C.
de fide inſtrumento. quòd per inſtrumentum, in
quo dictum eſset, dedit, & tradidit, &c. Vel in quo
eſset appoſitum conſtitutum, non probatur uera tra
ditio, niſi inſtrumētū eſset factum in facie rei puta in
27 fundo, uel in conſpectu rei, † traditio.n.uera debet ꝓ-
bari per teſtes, uel, ut dictum eſt, ut habetur per Spe-
culat.in tit.de emp.& uendit.in §.1.uerſi.tradere, & ī
uerſi.ſed quid ſi in inſtrumento. Et conſequenter niſi
probaretur, traditionem uerè, & actualiter fuiſſe à de
bitore factā, non poſſet dici ipſi primo poſseſsori p̄iu
dicatum, ita clarè uoluit Alex. in d.l.3.§. in amittēda.
Nec ſufficeret conſtare ſolum, ꝙ ille, cuius corpore
poſſidebam, fictè, ſeu p̄ſumptiuè tradidiſset, ut in ca-
ſu.l.quædā mulier. cum ibi not. ff. de rei uendicatio.
uel ꝙ conſtituiſset ſe poſsidere nomine alterius puta
emptoris, qui poſtea in poſseſſione, ſeu rē actualiter
poſsidere reperiret, quoniā ſi aliter de traditione ue-
ra non conſtaret, non eſsem mea poſseſſione pri-
uatus, nec ea illi emptori acquiſita diceretur per tex-
tū in d.l.fi.& per Alex.in d. §. in amittenda. Requirit
ergo, ꝙ cōſtet de actuali traditione, ex qua ſolū mea
poſſeſſiōe priuari dicor, nec ſufficeret, ꝙ colonꝰ, ſeu
debitor alio modo uoluerit me poſſeſſione priuare,
alii poſſeſſionem tradendo, & ab illa recedendo, ut
alius ingrederetur, & ſic ꝙ alio modo conſtaret aliū
eſſe in poſſeſſione, hoc eſt rem retinere, ut habetur
in d.l.fin. & ibi gloſ. & doctores omnes, & in d. §. in
amittenda per Bartolum, & melius per Alexand. ibi,
& in d. §. quibus. Sed in caſu noſtro non conſtat de
actuali, & uera traditione rei facta ipſi Iulio tp̄e aliena
tionis, ſed ſolū de ficta traditiōe facta mediante pacto
ꝯſtituti de poſſidendo, ergo Marcuſantonius non po
teſt dici ſua poſſeſſiōe ciuili, & naturali priuatus me
diante facto Traiani, qui rem Iulio uendidit, eiuſque
nomine poſſidere conſtituit, quamuis etiam fortè cō
ſtare poſſet, & probatum fuiſſet dictum Iulium po-
ſtea aliquo modo rem poſſediſse, ſeu aliquos actus
poſseſsorios feciſse, quod tamen negatur probatum
fuiſse. Et hæc eſt uera concluſio, quæ falcem ad ra-
28 dicem imponit. ¶Tertia ſit concluſio, ꝙ † quando
unus poſſidet ciuiliter animo ſuo, & alius poſſidet
corpore ſuo naturaliter, ſi illa poſseſſio ciuilis ſit ta-
lis, quæ in naturali requieſcat, ut eſt ea, quam habet
ille, qui rem precario conceſſit, ut quia debitor con-
ſtituiſset ſe precario nomine creditoris poſſidere,
(quo caſu ciuilis poſseſſio in creditorem dicitur trāſ-
lata, & penes debitorem remanet naturalis, in qua ci
uilis dicitur requieſcere iuxta.d. l. interdū. & ibi Bar-
to. Alex.& alii in princ.ff. de acqui. poſſeſ. & habetur
per doctores ſupra allegatos in d. l. creditores.cum ſi
milibus) tunc ſi ille, qui naturaliter poſſidebat, con-
ſtituiſſet ſe poſſidere nomine alterius, puta empto-
ris, cui rem uēdidiſset, & ſic fictè tradidiſset, primus
poſseſsor, & ſic creditor, qui ciuiliter poſsidebat, per
illum actum fictum priuatur poſseſsione ciuili, & in
emptorem omnis poſseſsio transfertur, ut uoluit gl.
communiter approbata, ibique Alexan. in d.l.inter-
dum.§.fi.& ibi Ioan.de Imol.& Paul.de Caſt. Et cum
hac opinione concordat Bar.in d.l.celſus.circa 3.ſeu
4.col.in uerſi.ſed pone.ff.de uſucap. & ibi Imo. & A-
lex.& ita etiam ſequitur ipſe Alex.in d.l. 3.§.in amit-
tenda.quicquid dixerit Bart.in hoc ſibi contrarius in
d.l.creditores.in fi.4.q. prin. quem ſequitur ibi Salic.
& fuit opinio Iacob.Butrig.ibi, qui uoluerunt, quòd
quando creditor poſsidet tantum ciuiliter, & debi-
tor naturaliter eo, quia debitor ſe precario nomine
creditoris poſsidere conſtituiſset, ſi poſtea debitor
alii rem uendat, & ſe illius nomine poſsidere conſti-
tuat, ſeu illi rē actualiter tradat, propter hoc primus
creditor non dicitur ſua poſseſsione ciuili priuari ꝑ
l.ſi de fundo.cum ibi not.ff.de ui, & ui armata, & ex-
preſsius per gloſam in l.3.§.unde ui.ff.eodem. & in l.
fi.ff. uſufructua. quemadmodum caue. & in l. unica.
C.ut poſsidetis.quæ dicunt, quòd per actum fructua

rij; qui dicitur naturaliter poſſidere l.naturaliter.ff.
de acquir.poſſeſ.non poteſt dominus ſua poſſeſſione
ciuili priuari:& de hoc dicto Bart. p ſupra allegata fa
cit mentionem Alex.illud reputãs ſingulare, multũ-
que notabile in d.l.interdum.in prin. in fi.3. col. Sed
ſecundum ipſum Alex.in d.l.interdum.in fi.in penu.
colum.prima opinio eſt magis communis. Nec ob-
ſtant gloſæ proximè allegatæ pro opinione Bar. in d.
l.creditores. quia loquuntur de ciuili poſſeſſione, q̃ ĩ
naturali non requieſcit,qualis eſt ciuilis,quam habet
proprietarius,& naturalis,quã habet uſufructuarius,
nam tunc per actum illius, qui naturaliter poſſidet,
non fit præiudicium proprietario, qui ciuilem poſſeſ
ſionem habet,ita habetur per Alex. in d.l. interdum.
in fi.in antepen.& ulti.col.Et hic non eſt caſus noſter
quia in caſu noſtro unus tantum poſſidebat naturali
ter, & ciuiliter, uidelicet Marcuſantonius creditor,
cuius nomine Traianus debitor ſe poſſidere conſti-
tuit per pactum conſtituti,& precarii ſimul,quo caſu
omnis poſſeſſio, quam Traianus tunc penes ſe habe-
bat,in ipſum trãslata dicitur,ut ſupra dixi.Vnde quã-
uis poſtea rem Iulio uendiderit, & illam nomine ip-
ſius poſſidere conſtituerit,nullam tamẽ in ipſum Iu-
lium per illum actũ fictum poſſeſſionem tranſtulit.
d.l.quamuis.§. 1.cum aliis ſupra allegatis. Vel dato,
ſed non conceſso,ꝙ in caſu noſtro ſola poſseſsio ci-
uilis in Marcumantonium fuiſset translata, & natu-
ralis penes debitorem,& ſic penes Traianum reman
ſiſset,(quod uerũ non eſt,ut ex præmiſſis colligitur)
tamen adhuc dici poſset,ꝙ per actum fictum, immò
per actum uerum traditionis ipſius Traiani, qui rem
poſtea Iulio uendidit, conſtituendo ſe nomine illius
poſſidere,non dicitur Marcusantonius ſua poſseſsio
ne ciuili priuatus,nec in ea debet dici ſibi præiudica-
tum,etiam ſi conſtaret, ꝙ Iulio res fuiſset actualiter
tradita,ut in terminis uoluit Bat.in d.l.creditores. in
fi.4.q.in repetitio.& ibi in lectura circa finem, & fuit
opinio Iacobi Butrig.ibi,& Sal.in 8.q.Et hanc ſenten
tiam refert, multumq́; commendat Alex.in d. l. in-
terdum.in prin.in fi.3.colu.& in d.l. interdum.in fin.
in penult. colum. dicit, opinionem primam contra-
riam non eſse ſine dubitatione,& hanc Bart. opinio-
nem in d.l.creditores.ſequitur Dominus Bartolom.
Soc.in d.conſi.82.in 5.concluſione,& Areti.in d.cõ-
ſil.21.in 3.dubio.Vel ſaltem alia opinio Bartoli, Sali
ceti,& Iacob.Butrig.poſset ſubſtineri,quando p pre-
carium fuiſset in creditorem omnis poſseſsio trãsla
ta,uel ex eo,ꝙ precarium eſset cum conſtituto con-
iunctum,& illi annexum,uel ex eo, ꝙ actum eſſet, ꝙ
ex precario omnis poſseſsio in creditorem transfer-
retur iuxta d.l. ſi quis ante. cum ſim. ſupra adductis,
nam tunc debitor alii rem uendendo, & ſe nomine
emptoris poſſidere conſtituendo, in nullo creditori
præiudicaret d.l.quamuis.§. 1.& latè ſupra dictum eſt
Vel etiam poſito,ſed non conceſso,ꝙ in caſu noſtrò
ſola ciuilis in Marcumantonium fuiſset translata, &
naturalis remanſiſset penes Traianum debitorem, q
poſtea rem uendidit Iulio illam fictè, uel uerè tradẽ-
do,tamen ob hoc Marcuſantonius nõ debet dici ſua
29 ciuili priuatus,cum † per naturalem, quam Iulius ha-
bet, Marcuſantonius dicatur turbari in poſseſsione
ciuili,& ſic ipſi Marcoantonio licitum fuerit per pa-
ctum de ingrediendo,& pactum precarii,& conſtitu
ti propria auctoritate rem ingredi,non citato ipſo Iu
lio,qui per ſuam naturalem quotidie uim Marcoan-
tonio inferre dicebatur per id,quod uoluit Bar. in d.
l.creditores.poſt Iacobum Butrig.& ſequitur Sal. ibi
Soc.in d.cõſilio, Aret.& Alex.in d.l.interdũ.in princi
pio in 3.col.Et hanc rationẽ, ꝙ reſpectu turbationis,
quæ habenti ciuilem poſseſsionem infertur ab eo, q
naturalem habet,detur habenti ciuilem poſseſsioni
hoc remedium, ut poſſit propria auctoritate, & per
uim expellere naturaliter poſſidentem,uoluit Barto
lus,& illam ſequitur in l. 1.§.interdũ. ff. uti poſſidet.
& hoc eſſe uerissimum, & doctores communiter de
eo pertranſire dicit Alex. in l. quemadmodum. ff. de
acquir.poſſeſ.ubi illud comprobat, & cõtrariis reſpõ
det.Hæc tamen inueſtigatio in præſentia non eſt ne
ceſsaria,quoniam in Marcumantonium creditorem
poſseſsio naturalis,& ciuilis translata fuit,& ideò non
potuit ei præiudicari per uẽditionem poſtea factam
ipſi Iulio,& per conſtitutum de poſſidendo nomine
ipſius Iulii per textum in d.l. quãuis. §. 1. & per ſupra
dicta.Et propterea non potuit ipſi Iulio cõpetere in
agendi poſseſsorio reſtituendæ d.l.fi.C.de acqui.poſ
ſeſ.ſeu aliud reſtitutorium, quia ipſe non dicitur a
qua poſseſsione priuatus,cum utraque penes Marc
30 antonium eſset,nam † poſseſsorium reſtituendæ da
tur eiecto,& ſpoliato ſua poſseſsione,& non illi, qui
nunquam poſsedit c.reintegranda.3.q.1.cum ſimi.
c.cum ad ſedem.& c.ſæpe.de reſtitutio. ſpoliato l. 1.
§.interdum.ff.de ui,& ui arma. & habetur per Alex.
in l. iuſte poſſidet. & melius in l. cum hæredes. ff. de
acquiren.poſseſ.& per Salic.in l.ea lege.colum.4.C.
de condictio.ob cauſam. Vel dato,ſed non conceſſo
ꝙ Marcuſantonius per actum traditionis fuiſset ſi
31 ciuili,& naturali poſseſsione priuatus, † tamẽ poſſit
licitũ ſibi fuit propria auctoritate,& nullo citato poſ
ſeſsionem ingredi propter pactum de ingrediẽdo ap
poſitum iuxta pactum conſtituti, & precarii,tũ quia
ita expreſsè conuentum fuit ut in pacto continetur,
tum quia pactum de ingrediẽdo unitum cum pacto
conſtituti,& precarii de iure hoc operatur,ut uolunt
Soc. & Aret. in dictis conſiliis poſt Bartolum in d.l.
creditores.in 4.q.qui ſic debet intelligi, & ſaluari ſe-
cundum Soc.& Aret.poſt Iacob. Butriga.& Sal.in d.
32 l.creditores.& ſupra dixi.Tum † quia ſaltem ipſi Mar-
coantonio de iure licitum fuit propria auctoritate,
& per uim ingredi bona,quæ ſaltem ciuiliter poſſide-
bat, in qua ciuili poſseſsione uis ei inferri dicebatur
per naturalem,quam Iulius habebat, poſito, ſed non
conceſso,ꝙ illam haberet,per notata à Bar.in d.l. 1.
§.interdictum.& in d.l.creditores. in 4. q. qui in hoc
communiter approbatur ſecundum Alex.in d.l. qu-
admodum.& in l.clàm.§.qui ad nundinas. ff. de acq.
poſseſs.ergo poſseſsorium reſtituendæ non debet
33 ſi Iulio contra Marcumantonium dari,cum † Marc
antonius id,quod fecit,iuſtè,& iuris auctoritate
rit,ut ſupra.Et propterea contra eum poſseſsorii
ſtituendæ dari non poteſt c.conquerente. ibiq;
& alii de reſtitutio. ſpoliato. & habetur per ſcribẽ
maximè Alex.in d.l.iuſtè poſſidet.& facit l.gracch.
C.de adulter.c.qui peccat.23.q.4.& id,quod habet
per Dominicum per illum tex. in c. reintegranda
q. 1.ibi per quaſcunque iniuſtas cauſas &c. ¶ Eſset
34 in præſenti cauſa declarandum, † utrum in obligat
ne generali bonorum præſentium, & futurorum
quam Traianus ipſi Marcoantonio fecit in caſu, q
precium molendini non ſolueretur, ueniat,& cõ
prehendatur molendinum ipſum, cuius uigore bo
norum obligatio facta fuit. Nam prima facie non
comprehendi uideretur dicendnm per textum à cõ
trario ſenſu in l. cum tabernam. in fine.ff. de pigno.
ibi ab alio mutuo accepit, ergo ſi ab eodem credito-
re, ſecus eſset,& ita illum tex.adhoc ponderat Bald.
ibi,& Roma.in ſuo ſing.623.Sed molendinum quo-
que comprehendi eſt uerius, quoniam obligatio pi-
gnoris non facta fuit ob ipſum molendinum, cum
dominium fuerat iam in ipſum Traianum emptorẽ
translatũ, ſed pp pretiũ molendini in caſu, quo ſuo
tem-

tempore non ſolueretur,& ſic nō eſt ratio, quare mo
lendinum ſub obligatione bonorum præſentium, &
futurorum cōprehendi non debeat, cū per uenditio-
nem de illo factam Traianus emptor fuerit dicti mo-
lendini dominus, ſeu quaſi effectus argumento text.
in §.uenditæ.Inſtit. de rerum diuiſ. cum ſimil. Præte-
rea uerior eſt illa opinio, ꝙ in obligatione bonorum
præſentium,& futurorum comprehēdatur etiam res
illa, propter quam obligatio facta fuit, ſi eius rei do-
minium, uel quaſi fuit in debitorem tranſlatum, ſeu
ille,qui bona propter rem aliquam obligauit, erat il-
lius dominus, ut eſt de mente Bart. expreſsè in l.1.§.
quod autem.ff.de ſuperficie.in l.ſi filio in fi.ibiq; Ale-
xan.& alii communiter.ff.ſolu.mat.in l. qui fundum.
ff.loca.in l.1.& in l.emptorem. ibique Saly. & alii ſcri
ben.C.loca.ubi res locata uenit ſub oligatione bono-
rum,quam locator fecit in caſu,quo rem locatam uē
deret,ſeu alienaret. Nec obſtat d.l. cum tabernam.in
fin.Quia illud argumentum à contrario ſenſu nō eſt
aſſumendum, ex quo ꝯrium de iure determinatū re-
peritur per ea, quæ uolunt ſcriben. poſt Bart. in l.1.§.
huius rei.ff.de offi.eius.cui mand.eſt iuriſdict.¶Illud
35 quoque in hac cauſa eſſet diſcutiendum,†ex quo cō-
tra Marcumantonium opponebatur, ipſum non po-
tuiſſe reuocare pactum precarii,nec poſſeſſionē,& te
nutam ingredi, quia prorogauerat Traiano terminū
ad ſoluendum,& temporis prorogatione durante te-
nuta fuit per eum adepta iuxta ea, quæ habentur per
Bart.& alios in d.l.creditores.iunctis iis, quæ tradun-
tur maximè per moderniſſ.in c. cum in cauſis.de offi.
delegat.& ipſe Marcuſantonius reſpondendo cuidā
interrogationi dixit ſe prorogaſſe terminum, ſeu di-
lationem dediſſe cum quibuſdam qualitatibus, & cō
uentionibus,quæ etiam pro parte dicti Marciantonii
fuerunt per unum teſtem probatæ, an illa confeſſio
facta per Marcūantoniū ipſi aliter præiudicet, quòd
ſit acceptanda ſolum,quatenus facit contra confiten
tem,an uerò in totum cum ſuis qualitatibus,& adie-
36 ctionibus. Et † concludo illam debere in totum reci-
pi cum ſuis qualitaribus,& adiectionibus, & non pro
parte ſolum,quæ contra confitentē facit,ex quo præ-
ſumptio iuris in caſu noſtro non eſt contra confiten-
tem,ut uoluit Alexan.in l.1.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de
uerb.obl.& habetur plenè per Spec. in tit. de poſitio.
§.decimo quæritur.uerſi.ſed pone. Non obſtat etiam
illa prorogatio termini,ut aſſeritur, facta per Marcū-
antonium,quia ſecundum ea, quæ mihi in facto pro
37 ponuntur,† facta fuit iam termino ſolutionis elapſo,
& ſic poſtquam Traianus fuit in mora cōſtitutus iux-
ta ea,quæ habentur in l.inſulam.ff.de uerb.obl. ergo,
illa non obſtante, Marcuſantonius potuit exequi id,
quod in inſtrumento obligationis de ſoluendo cer-
to tempore cum iuramento cōtinebatur, talis enim
dici non potuit prorogatio, ex quo iam tēpus ad ſol-
uendum datum erat elapſum, ut eſt text.clarus, & in
terminis ibique Barto.& doctor. communiter in l.cū
ſtipulatus ſim mihi à proculo. ff. de uerborum oblig.
& traditur etiam in d.capit.de cauſis. ¶Supereſt ulti-
mo declarandum unum, in quo hæſitatur, an domi-
nus iudex potuerit de iure ſuſpendere, ſeu reuocare
pronunciationem ſuam, qua pronunciauit, poſitio-
nes haberi pro confeſſatis ad fauorem dicti Iulii con-
tra Marcumantoniū. In quo breuiter concludendū
eſſe arbitror ſuſpenſionē,ſeu reuocationē fieri potuiſ
ſe per tex.in l.qnod iuſſit.ff.de re iudi.& ponunt cano
38 niſtæ in c.cum ceſſante.de appell.Et † quāuis doctor.
ut Io.de Imo.Pau.de Caſt.& alii in l.1.in fin.ff.de præ
to.ſtipula.per not.per gl.ibi dicant,ſententiā interlo-
quutoriam non poſſe reuocari,quando res integra eſ
ſe deſijt,ut quia mandata fuerit exequutioni, uel exe-
quutionem ſecum traxerit, qualis eſt ſententia excō
municationis iuxta.c.paſtoralis. in fin. de appellatio.
39 & ſententia banni,tn̄ † dicunt hoc uerum eſſe,niſi iu
ſta cauſa reuocandi adeſſet,ut ibi uolunt Ioa.de Imo.
& alij,& in d.l.quod iuſſit. Sed in caſu noſtro ſenten-
tia,& pronunciatio huiuſmodi non traxit ſec ım exe-
quutionem,ergo reuocari,ſeu ſuſpendi potuit, dici-
tur enim trahere ſecum exequutionē, qn̄ poſt ſe aliā
ſententiam non expectat, qualis eſt ſentētia excōica-
40 tionis,& banni. † Hæc autem pronūciatio, qua pro-
nunciatur poſitiones haberi pro confeſſatis,poſt ſe a-
liam ſententiam,uidelicet diffinitiuam expectat, ꝗa
huiuſmodi ficta confeſſio iuxta.c.2.de confeſſ. in 6.fa
cta fuit poſt litē conteſtatā,& ideò ſententiam diffini
tiuam requirit,ut uolunt Moderniſſ.in rubrica. extra
de probatio.& eſt gl.not.in l.1.C.de lit.conteſt.in fin.
gl.magnæ,& colligitur ex iis, quæ uoluit Barto. in l.
41 eius qui. ff.de iure fiſci. Præterea † ſententia interlo-
quutoria, quæ poſt ſe diffinitiuam ſententiam expe-
ctat,ex cauſa iuſta puta impedimenti reuocari poteſt
ad tradita per Imol.& alios cōmuniter, & per Alex.
in d.l.quod iuſſit.& in d.l.1.§. fin. Sed in caſu noſtro
42 conſtat de iuſta cauſa,ergo,&c. Et † in indiuiduo de
pronunciatione, qua pronunciatum fuit poſitiones
haberi pro confeſſatis, quòd illa tanquā interloqu-
toria ex cauſa iuſta,uel iuſti erroris, uel alio reſpectu
re integra, hoc eſt ante ſententiam diffinitiuam poſ-
ſit per iudicem reuocari, eſt glo. in l. quoniam. ff. de
his,qui notant. infami. & habetur per Alexandrum
poſt Bartolum qui multa allegat in l.2.§.quod obſer-
uari.C de iuramen.calum. Et his quoad præſentem
conſultationem ſum contentus. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Concluſio libelli magis, quàm narratio attendenda.*
Idem in reſcripto.
2 *Et concluſionis aptitudo ſufficit, etiam ſi actio, ſeu narratio ineptè concepta fuiſſet.*
3 *In concluſione libelli ſi plura remedia uideantur intentata, illud cenſeri debet intentatum, quod eſt agenti utilius, & ex uerbis etiam impropriatis inferri poteſt.*
4 *Actio illa in dubio cenſetur propoſita, quæ ex materia in libello deducta colligi poteſt ēt uerba impropriando, ut cōcluſio ad mētem libellantis melius adaptetur, & libellus ſubſtineatur, & ex eo ſententia pro actore iuxta ſuas probationes fieri poſſit, quamuis in narratione uiderentur contraria, & incompatibilia propoſita, & nu. 33.*
5 *Libelli totale fundamentū eſt concluſio, ſine qua libellus eſt nullus.*
6 *Concluſio libelli in quibus caſibus non ſit neceſſaria.*
7 *Remedium, quod uoluerit intentare, colligitur ex poſitis in concluſione, & non ex narratis.*
8 *Concluſio, & intentio libellantis dubia ad fauorem libellantis, ut ualeat, eſt interpretanda, & ambiguitas ex probatis poſtea declaratur.*
9 *Clauſula libelli, ſuper quibus omnibus petit ius, & iuſtitiam miniſtrari, an, & quando effectus ſuos operetur etiam non obſtante remediorum propoſitorum contrarietate, & num. 41. & quantæ ſit uirtutis numero. 24. & 41.*
10 *Clauſula ſola ueritate inſpecta quid operetur.*
11 *Poſſeſſorium recuperandę datur ſpoliatis.*
12 *Spoliatus dici, & reſtitutionem, ſeu reintegrationem ad poſſeſſionem petere is non poteſt, qui nullo modo unquam poſſedit.*
13 *In poſſeſſorio recuperandæ præſertim contra denegantes penſionū ſolutionem quid à ſpoliato agente ſit probandum.*
14 *Quaſi poſſeßio exigendi ſolutiones, & præſtationes annuas quomodo amittatur.*
15 *Poſſeſſionis, uel quaſi ius in filios, & hæredes tranſit.*
16 *Poſſeſſionem, uel quaſi, quam defunctus habebat, quo remedio hæredes, & ſucceſſores illius acquirere, & ad eam agere poſſint, & num. 21.*